



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Libellvs De Principalitate Romanæ Ecclesiæ

Roth von Schreckenstein, Hieronymus

Ingolstadii, 1550

VD16 R 3252

Ecclesiam esse unicam Archam in qua Noe seruatus est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30126

DE PRINCIPALITATE

mine. Est enim mater altarum omnium Ecclesiarum, quæ
focundabitur, cū filijs suis, eosq; de lateribus terræ educet.

ECCLESIAM CHRISTI FIDE- LIVM, TUNICAM INCONSUTILEM ESSĒ, & OB ID UARIJS SECTIS NEQUAQUAM SCINDENDAM.

IAm uero animaduertendum quam scitè & eleganter Ec-
clesia Christiana tunicæ inconsutili comparetur xxiiij. q.
i. c. quoniam, ubi Beatus Hieronymus Ecclesiam indi-
scissam Domini tunicam uocat, ut enim tunica inconsuti-
lis undiq; cohæret, sic membra Ecclesiæ undiq; per Chi-
stum compacta esse debent, unico uinculo. Non is Luthe-
ro, alter Zwinglio, Tertius Anabaptistis nomen det, sed
omnes unicam Catholicam Ecclesiam profiteantur, quæ
quemadmodum tunica inconsutilis indiscissa manit &
manebit in æternum, etiam si Hæretici eam tot mons-
tates scindere conati sint.

Ecclesiam esse unicam Archa in qua
Noe seruatus est.

Nec minus eleganter Diuus Gregorius in moralibus
similem Ecclesiam Archæ in qua Noe seruatus est,
inquit, xxiiij. q. i. c. quia ex sola. Quemadmodum
enim in Archa Noæ humanum genus & omnia animalia
seruata

ROMANÆ ECCLESIAE.

seruata sunt, alia autem omnia, quæ huic Archæ non fuerunt inclusa aquis absorpta & fœuissimo consumpta diluvio. Sic omnes Christi fideles, qui credunt in unam sanctam Catholicam Ecclesiam, eiusdemque præceptis obediunt, certissimam & æternam salutem consequuntur. Reliqui uero aquis tempestatibus & undis pereunt, id est peccatis & Hæresibus submerguntur. Porro quemadmodum Archa Noæ sola ex illo uniuersali diluvio seruata est, sic Ecclesia Catholica ab omnibus Hæreticorum procellis in hunc usque diem seruata est, & seruabitur. Ab Ecclesia enim misericordia mea non recedet, & fœdus pacis meæ non mouebitur, etiam si montes moueantur, & colles contremiscant, dixit miserator tuus Dominus Esai, 5. cap. 4.

Sic Math. 14. Petrus ad Christum inquit, si tu es, iube me uenire ad te super aquas & descendens de nauicula ambulabat super mare, ut ueniret ad Iesum, uento ualido viso timens mergi ceptus manu CHRISTI fuscipitur. Quamuis enim nauicula Petri ualidis tempestatibus saepius in hunc usque diem concussa fuerit, nunc à Tyrannis, nunc ab Hæreticis tanquam atrocissimis tempestatibus & procellis agitata, tamen manu CHRISTI semper suscepta est.

Totus nimirum Christianitatis status nauis magnæ comparatur. De qua re uerba Diui Petri iuxta epistolam Clementis ad Iacobum fratrem Domini, illius cuius Paulus ad Philippenses meminit, in medium adferre placuit. Quæ absolutissimam & pulcherrimam similitudinem status totius Christianitatis ad nauem magnam continent, qua nihil certe

DE PRINCIPALITATE

Certe doctius haberi potest, in qua omnes partes & singula officia omnium Christi fidelium ad amissum prescripta sunt. Videbit in hac similitudine Episcopus, Sacerdos, Diaconus, Subdiaconus, & quisq[ue] Christianorum quid sibi in Christianismo prescriptum sit, ut aeternae & coelestis salutis promissionem consequi possit.

NAVICULA PETRI.

Clemens in priore Epistola, ad Iacobum fratrem Dominum, Diuum Petrum in diebus quibus uitæ finib[us] imminere presensit, in conuentu fratrum apprehensa manu Clementis repente consurgentem, inter alia etiam haec protulisse uerba testatur.

VERBA DIVI PETRI.

VNum illud est, quod praे cæteris ab omnibus uobis cupio seruari, ut concordiam teneatis, per quam solam potestis portum quietis intrare, & Ciuitatem Regis summi quæ pax nominatur, habitare.

STATVS ECCLESIAE comparatur Nau.

SInilis est namq[ue] omnis Ecclesiæ status nau[us] quæ per Sundosum Pelagus de diversis locis & regionibus uiros portat